

& pertinentem, ut per l. *Seia* §. *Tyranna*, de fundo instr. & instrum. l. *præditi* §. *deleg.* 3. & utrobique B. Alber. & ceteri Doctores, tenet Ant. Gam. tom. 2. *variatio*. c. 2. n. 13. qui bene explicat text. in leg. *sed adest*, §. *si quis mulierem*, ff. *locati*, ubi Paul. & Doctores text. in l. *rem actio* §. *item quacumque*, ff. *de rei vind.* text. in l. *plerumque* ff. *de adi. edicto*, l. *si us certo* §. *usque adeo* ff. *commodati*, l. *quamvis* ff. *de precario*, l. *cum auro* ff. *de auro & arg. leg. possessionis*, C. *comm. urriusq. de iudicij*. Guillel. de Cunis *si ut certo* §. *usque adeo* ff. *commodati*: & ibi Alb. de Ross. Fulgof. & ceteri Doctores, Angel. & alii Doctores in l. *cum qui non solum* ff. *de furtis*. Bal. in 1030. *translatio*, de *consti.* n. 3. col. 1. Anton. Gom. *ubi proxime*, qui loquitur in ancilla, equa, vacca aut ove simpliciter vendita, quod intelligitur, etiam si non exprimitur, vendi pullus, virulus, & agnus earum, si adhuc lactatur, quia iudicatur una & eadem res, & accessorie adheret matri, secus quando non lactatur, sed pascit herbam, & aliter per se, quia iudicatur res distincta, & de per se, non autem quid accessorium, & adherens matri, ad quam distinctionem reducendam esse l. *leg.* §. *fin. vers. ovibus* ff. *de legatis* 3.

Et ex hac ratione probat text. in l. *adile* la 2. *vers.* 1. ff. *de adili. edicto*, dicitur ibi Odofred. Bal. Angel. Salicet. Falgof. & communiter Doctores, & per *vendidi*, *eiusdem legis*, l. *cum qui non solum* ff. *de furtis*. Guil. Alberi. & alii communiter in leg. *si ut certo* §. *si usque* 1040. *adeo* ff. *commodati*. Bal. Salicet. & alii Doctores in l. C. *de adili. actio*. Anton. Gomez tom. 2. *var. cap.* 2. n. 16. quod si venditur mula, vel equus, venit etiam sella, & frannum, & alia ornamenta, quibus tempore contractus equus emptori ostensus est, quia hæc ornamenta accedunt accessorie, & coherent rei venditæ, quoniam 1050. quando aliqua res alteri accedit, & coherent, iudicatur una & eadem res, & non debet ab ea separari, l. *in rem actio* §. *item quacumque*, ff. *de rei vind.*

1060. Hinc quando res prohibita è Regno extrahi, publicatur, quia cadit in commissum; publicatur etiam, & in commissum cadit, currus, navis, mulus, saccus, quibus exportatur, quoniam licet hæc non sint de mercibus prohibitis; tamen tanquam accessoria etiam publicata sunt, ita probat text. in l. *cotem ferro*, & *dominus navis*, ff. *de publ. & vili.* magnam Doctorum catervam concessit ad hoc Bobadill. in *polit.* l. 3. c. 5. à n. 53.

1070. Quod & eo fortius redditur, quoniam sententia lata super re, aut bonis, quibus adheret & est annexum jus patronatus, comprehendit etiam ipsum jus patronatus, in consequentiam & accessorie, eisque virtute in victorem transit, ut in uno plures referunt late per Nicol. Garciam de *benef.* 5. *part.* cap. 9. n. 27. & exactissimè quamplures congerens à n. 25. cum multis seqq.

1080. statur idem esse in sententia confiscationis bonorum, quibus adheret jus patr. quo loci & in cap. 5. à n. 9. cum multis seqq. plurimas adducit doctrinas, & effectus resultantes ex hac connexitate, & coherentia 1090. juris patronatus, qui quidem rei de qua agimus rectè conducunt, quas per te vide.

1100. Et ex prædictis infert Francisc. Neonitius in *d. repet. cap. quoniam contra. de probatio.* 857. quod sententia nedum parit exceptionem rei iudicatæ in rebus prosequitis, sed etiam in pertinentiis, & appendentiis prosequitorum, allegat text. (quem dicit notabilem) in l. *si cum tibi*, C. *de iud.* quem ibi singularem vocat ad propositum B. (qui sequutus à Salic. ibi, illi text. ita sumunt) licet sententia generalis non noceat in specie non prosequuta, nocet tamen in appendentiis prosequitorum, licet Alexan. ibi alterumat secundum ejus verum intellectum (ut aiunt) ut sententia lata super certa specie iudicij generalis, nocet in omnibus ejus accessoriis, vel dependentiis, licet super eis non fuerit disceptatum, & hunc intellectum ad illam text. retinet glossa *ibi verbo*, non posse, communiter recepta per Bart. Bal. Caf-

ten. Salicet. Alexan. & lff. *ibi*. Idem tenet ipse lff. in l. *licet* vers. *tertio* C. *de iudicij*, & in l. *non egimus* n. 2. ff. *si quis cautionibus*. Bart. in l. *Aurel.* §. *Cajus in fin.* ff. *de liber. legat.* text. in cap. *in er dilectos*, & ibi Imol. quem citat Niconti. *ubi proxime*. 111

His adde consilium Alexan. 23. num. 6. lib. 5. quo dicitur, quod sententia lata super re petita, intelligitur etiam lata super accessoriis, & dependentibus, licet in ea specialiter non exprimentur, per quod consilium ita pluries determinavit Rota Romana, ut testatur Prosper. Farin. ut ex recollectis per eundem est decisio DCCCLVI. & decisio DCCCLIV. folio 478. & decisio DCCCLXVI. quibus dicitur, quod sententia in favorem præpositi lata super restitutione satis præminentioris, extenditur, & exequitur in aliis præminentioribus, de quibus actum non fuit, de quibus decisionibus nos latissimè egimus supra *cap. præcedenti* n. 19. *vers. hinc ad particulares quaestiones*, & c. quæ omnia hic applicari possunt. Et facit insuper quod dicit Ab. in *consil.* 89. in *quaestione* col. 2. in *prin. vers. nec obstat si dicitur lib. 1.* quem referens sequitur Cardin. Tusch. *pract. concl.* l. 7. *litera S. concl.* 126. num. 111. Paul. Castr. *consil.* 275. ad *primum in prin. lib.* 32. dicentes quod si sententia declarat Castrum esse civitati subjectum, & esse de aliquo comitatu, censetur declarare ut teneatur contribuere ad onera civitatis, quia est appendix, & accessorium ad subjectionem declaratam, & ab ea dependens.

Et quod sententia lata in principali extendatur ad 1120. connexa, pertinentia, & adherentia, in terminis etiam tenet Hippolyt. de Marfi. in *repeti. rub. ff. de fideiuss.* n. 187. & per *dicit. l. cum tibi*, & B. *ibi*, idem tenet expressè doctissimus Avil. in *c. prætor.* c. 17. qui à n. 9. post gl. in *c. licet* ergo, §. *q. 1.* & l. *fin. ff. manda.* Alex. in *consil.* 40. n. 11. *vol. 5.* Innoc. in *c. dilecto* de *rescr.* & Hippolyt. de Mar. *ubi supra* n. 189. & Felin. in *cap. super literis*, c. 3. *de rescript.* rectè comprobatur Mari. Giurba *decis.* 108. sub n. 9. per Bal. doctrinam, quam sequitur Castr. *consil.* 306. *vol. 2.* Peregrin. *dec.* 118. num. 3. Gaill. l. 1. *obs.* 128. n. 8. cuius rationem reddit ex aliis Giurba *ibi*, n. 7. videndus, firmat etiam Vincent. Carocius *except.* 126. n. 8. & in regula *cum quid* p. 1. *lim.* 4. 114 & docet ipse Avila, quod si iudex ponit manus ad connexa mandato, non dicitur excedere finem mandati, ubi in comprobationem plurima elegantia adducit fundamenta, & doctrinas, & post Felin. Innocen. Bald. & alios, idem repetit in n. 27. *cum seqq.* quem omnino vide, & Hippolytum de Marfi. *ubi supra*.

Et insuper probatur, quia licet sententia aliàs sit 1150. stricti juris, extenditur ad argumentum, ut per l. *si opus*, & ibi Alberi. ff. *quod vi aut clam*. l. *quamvis*, juncta gl. in *verb. perinde* ff. *de bonis auctor. jud. possiden.* l. *cum patro.* §. *quamvis* in *fin. resp.* 1. cum concordanti, per Tiraquel. *de retract.* §. 1. gl. 18. n. 53. pag. 358. quos sequitur referens Miercz in *tract. de majorat.* 1. *part.* *quæst.* 20. in *noviori impressione*.

Et quod sententia extendatur ad connexa per text. 1160. in l. *si cum tibi*, ubi B. C. de *iud.* nota Hippolyt. in *rub. ff. de fideiuss.* num. 187. Avil. in *cap. prætor.* cap. 1. n. 17. fol. 28. late Tiraquel. in *tract. res inter alios*, pag. 26. per quem ita affirmat. Mier. *ubi proxime* num. 124. & quod 117 ubicumque profertur sententia super domino castri, censetur data super iurisdictione, quæ castro coherent, resolvit Eguid. Bloss. in *voto practica crim. ut de Principe* n. 225. Capicius *dec.* 22. n. 36. Sententiam autem Bald. in *§. è contrario*, sequitur gloss. Paris. in *consuet. Parisien.* p. 1. §. 1. gl. 5. n. 44. fol. 32. & quod sententia lata super comitatu sive absolutoria sive condemnatoria proffit, & noceat in molendinis, & aliis accessoriis, seu connexis, subintellectis sub principali, 118 pulchrè comprobatur in nostris terminis Marius Giurba *d. decis.* 108. sub n. 9. *vers. respon.* 3. & n. 7. fol. 391. Et idem dicendum de re incorporata, quia incorporatio omnia

omnia comprehendit. Miercz *ubi proxime* n. 125. Quintilia. Mandof. in *reg. Canc.* n. 6. fol. 66. vide Tiraq. in l. *si unquam verbo*, *donatione*, sub n. 192. ubi quid dicatur jus incorporatum.

119. Et quando bona dicantur augmentata in majoratu, & quando eodem jure iudicentur, & quando eorum fiat incorporatio majoratus, quando augmenta censentur esse de majoratu, & ejus regulis iudicari, ac comprehendendi, tanquam connexa, & inseparabilia, vide latissimè plures relatos; imaginata copiam doctrinarum cumulans per Mier. *de majoratu* 1. *part. quæst.* 10. *per tot.* ubi plura elegantia in *noviori impressione*, & utrumque Mol. alter *de primogenies lib.*... c. à n. alter & Theologus *de justitia & jure*, in *tract. de majoratu*.

120. Quibus convenit, quod dicit Marefcot. *var. resolut.* l. 1. c. 87. n. 25. quod si sententia lata ex vi iudicij universalis generaliter, faciat rem iudicatam in omnibus pertinentiis, post modum in executione liquidatis, & declaratis, adeo ut clausula (parito iudicato) quoad illas pertinentias, etiam non expressas in sententia, sed tacite subintellectas à jure operetur, juxta Rotæ decisionem 100. num. 14. *juncto* n. 34. *part.* 1. *diversor.*

122. Hinc etiam condemnatis civibus alicujus civitatis intelliguntur etiam condemnati habitatores alicujus castri, quod est de comitatu ipsius civitatis, quoniam cives illius civitatis dicuntur comitativi castri. Hanc doctrinam tenet Bart. l. 2. in *prin.* n. 6. ff. *de verbor. signific. per l. civitatis*, *deleg.* 1. l. *civitas* ff. *si cert. per. l. civitatis* ff. *quod cuiusque universitatis nomine*, ita ut si sumus in materia & causa communi civibus & comitativis, tunc verius est ut comprehendantur comitatenses in sententia condemnante civitatem, prout declarat Felin. in *cap. Rodulf.* col. 9. *post medium*, n. 9. *de rescript.* Rebuff. in l. 2. col. 5. in *fin. vers. denegatur in materia congruenti*, ff. *de verb. signific.* Gratian. in *disceptationib. forens.* c. 207. n. 7. qui à n. 2. late comprobatur, quod appellatio civitatis veniunt castra, & villa.

124. Ex quibus quidem libentissimè moveor, hanc partem, & sententiam amplecti, ut executor rei iudicatæ late super re restituenda, non excedat, si eam exequatur in pertinentiis, & appendicibus, pertinentibus, & annexis, augmentis, & coherentibus ipsi rei, etiam si in ea non exprimat; cum hoc tamen temperamento, ut illæ pertinentiæ, saltem in genere sint antea petitæ, juxta ea quæ late diximus supra in *cap. præcedenti* n. 33. licet aliàs ferri possit sententia super connexis & dependentibus, etiam non petitis, *cap. inter dilectos*, & ibi Imol. *de donat.* Franc. Niconi. loco *superius citato* n. 871. & post alios Aviles in *dicit.* c. 1. *prætor* n. 14. & 15. quia sententia super eo, quod venit ex natura, & aptitudine propositæ actionis, valida est, quia petitioni inest. Scacia *de appel. quæst.* 11. n. 23. & ex Fel. Abb. & aliis Mascari. *concl.* 118. n. 51. & in terminis Giurba *decis.* 108. n. 7.

126. Et pro complemento hujus pertinentiarum articuli advertere debes, quod verbum (cum pertinentiis) est universale sui natura: l. 1. §. *cum urbem*, ff. *de offic. præfecti*. Innoc. in *cap. cum ad sedem*, ad *fin. C. de restit. spoliat.* & in *cap. ex literis*, *de jure patron* apta comprehendere honores, onera, servitutes, & omnia, etiam necessaria ad rem ipsam principalem, notatur in l. *rerum* *appel.* ff. *de verbor. signific.* Bal. *consil.* 245. *vol. 3.* Inn. *ubi proxime*, & post alios Bursa. *consil.* 5. n. 7. *tom. 1.* & ut in proposito inquit Mantica *de contract.* tom. 1. l. 4. *strivul.* 14. n. 32. quod verbum (pertinere) latissimè patet, juxta l. *verbum illud pertinere*, ff. *de verbor. signific.* in tantum quod concessio rei cum pertinentiis dicitur incerta, & parum proficit, nisi limitatè, & quid aut quantum de eis probatur, ut notatur per scribentes in l. *legavi*, ff. *de liberat. leg.* & in l. *si sic*, ubi B. *fin. de leg.* 1. Alex. *consil.* 55. *vo. um.* 4. & *consil.* 187. *no. 9.* *volum.* 2. Salgado de *Protect. Reg.*

Mandof. copiosas Coras ad Romanum *consil.* 337. n. 2. *verb. appareat*, late Bursa. in *consil.* 5. n. 24. & 26. *tom. 1.* Soc. junior. *consil.* 166. n. 32. *vol. 2.* Cephal. *consil.* 250. n. 17. & post Inn. Alcx. lff. *Pari. de Put.* & alios bene probat Petr. Surd. *consil.* 135. n. 59. & 60. *tom. 1.*

Ac propterea cum res principalis de jure communi non habeat certas accessiones limitatas, pertinentias, appendices, & alia accessoria, nisi ab homine, aut consuetudine sint attributa (ut dictum est superius, & late per Doctores citatos hæctenus) certè onus probandi incumbit ei, qui dicit ea de quibus contingit dubitari, esse, & inter rei pertinentias computari, Aymon. Cravet. *consil.* 480. n. 1. Card. Mantica. *ubi supra* d. lib. 4. tit. 14. sub n. 31. *vers. sed cum castrum*, *tom. 1.* & idcirco rectè dicit Gratian. in *discept. foren.* tom. 1. cap. 3. n. 9. *cum seqq.* præsertim. 12. post Innocent. in *d. cap. cum ad sedem* n. 1. & 2. *de restit. spoliat.* quod lata sententia generalis super pertinentiis, executio ejusdem fiet tam pro principali re, quam pro pertinentiis, quæ liquidabuntur, & quæ pars probaverit, ad rem spectare, & pertinere, facit etiam Rotæ elegans sæpè repetita *dec.* 100. *per totam p. 1. diversor.* post Romanum, *consil.* 211. *Roma.* *consil.* 22. n. 2. *lib. 1.*

127. Illud tamen generaliter in materia liquidationis præ oculis habere debes: ut testes, instrumenta, & alia omnes probationes quæ in iudicio principali fuerint adductæ, & præsentatæ, pertinentes ad liquidationem, puta, quia illis verificatum est specialiter, quot, & qualia bona in hereditate remanserint tempore mortis defuncti, vel quæ res sint pertinentiæ, & appendices, seu connexa, & accessoria, quot fructus percepti fuere & de ejus vero valore singulis annis, aut super æstimando damno & interesse, & c. rectè possunt iterum produci in liquidatione, & via executiva certæ executoriæ, & omnino profunt, ut loquendo in iudicio petitionis hereditatis, & in executione sententiæ universalis, lata super eadem exactius comprobatur, & prosequitur 133 Afflicti. *decisione* 35. *per totam.* Imò tenet quod propter periculum subornationis (quod etiam in hoc iudicio liquidationis locum habet) liquidatio facienda est per antiqua acta, testes, & probationes (si qui sunt testes) & non ex nobis propter dictum periculum, allegat ad id Offred. & ideo consuli: Gutierrez *de jurament. con-* 134 *firmatorio*, 1. *part. cap. 1. numero* 31. motus ex doctrina Afflicti, quod quando liquidatio fuerit ad executorem remissa, sit cautus advocatus, ut præcipiat parti, ut in executoria inseri faciat dicta testium, qui congruentius aut melius deposuerunt in causa principali circa valorem fructuum, damni, aut interesse, ne aliter aperiatur porta testium subornationi. Sequitur Munoz de Escob. in *tractatu de ratiociniis*, c. 23. n. 26. & *sup.* uterque tamen iudices admonet, ut si aliquo modo ex processu causæ principalis aliquam quantitatem certam debitam deducere possint, explicitè reum in illam condemnent, ne hujusmodi iudicibus executoribus liquidandam remittant vel reservent, ex eo siquidem (ut experimento cognovimus) magnum partium dispendium evitabunt, quo etiam legislatoris præceptum, & desiderium adimplebunt, qui hoc ipsum ipsi præcipiendo commendavit (nec id sine mysterio) in l. 55. *tit. 5. li. 2. recop.* quod & idem animadvertit Joan. Garcia *de expen.* cap. 24. n. 7.

Nunc tractemus de executoro rei iudicatæ, qualiter se debeat habere, quoties quis est condemnatus ad restitutionem frumenti, vini, vel similibus fructuum debitorum, ut possit compellere condemnatum ad ipsos fructus, an ad ejus æstimationem, qualiterque hæc creseat æstimatio. In quo illud se offert dicendum, quod aut quis condemnatur ad restitutionem fructuum in genere, ut tot mensuras tritici, vini, & c. tunc non devenitur ad æstimationem, sed in ipsis fructibus in specie facienda erit executio, nisi constet, non stare, aut solvi non

non posse, quia iis casibus deveniri potest ad æstimationis executionem, post alios Cavalcan. *decis. 27. n. 2.* & 3. part. 3. quibus adde, quæ exactè concessimus *137* supra hoc *l. 4. c. n. 35. vers. insuper superius proposita. c. c.* Et isto casu propter moram ab ipsius tempore crescit semper æstimatio, & valor fructuum, & sic intelligitur, *l. unum.* cum ibi notatis, *ff. si cert. petar. Genues. decis. 117. n. 30.* Gaspar. Rodrig. *de annuis redd. l. 1. quest. 11. n. 29.*

138 Aut condemnatus debet fructus in specie, ut putat, quia illos ex alieno fundo percepit; & tunc aut stant seu præsumuntur stare, ut quia sunt recollecti intra triennium, *l. 1. & ibi gloss. C. si adversus usucap. vel intra annum* (in regione in qua regulariter, ulterius non servantur) aut sunt consumpti. Priori casu condemnatus tenetur fructus restituere, aliàs ad æstimationem quanti plurimi deveniendum erit, nisi debitor probaret consumptos absque ejus culpa, secundum Rodrig.

139 ubi proximè. Si verò consumpti sunt à debitore, tunc tenebitur ad æstimationem habito respectu ad illorum tempus perceptionis, aut consumptionis, secundum Ananiam *consil. 38. n. 3. Bal. in l. 2. in fin. C. de fructu. & litium expens. Menoch. de recuper. poss. rem. 15. n. 660.* Gaspar. Rodrig. *de c. 12. sub n. 29. Cancr. variat. resol. in 3. c. 1. de actio. & obligat. n. 182. Natta consil. 599. n. 4. Ruin. conf. 56. n. 3. volum. 2. Suarez recept. sentent. verbo fructus, n. 346. Rolh. exercit. 10. n. 20. Scacia de judiciis l. 1. c. 38. n. 9. Covarr. l. 1. variat. c. 3. n. 7. Sfort. conf. 3. n. 6. Rending. in prompt. jur. tit. 90. de præsumpt. n. 4. Negusan. de pignor. part. 5. membr. 5. n. 12. vers. adde tamen. Cagnol. in l. singularia n. 139 ff. si cert. petar. Lamberteng. de contractib. muli. gloss. n. 221. & 246. Bovi. de statut. verbo. præsumpt. gloss. 1. n. 18. in fin. Barbola in l. divorcium §. interdum n. 43. §. ob donationes n. 42. ff. soluto matrim. Gratian. disceptat. 42. n. 50. Gualt. de tut. part. 3. rub. 2. n. 54. Avil. in cap. prator. c. 10. gloss. execution n. 29. Topat. l. 1. var. tit. de fruct. in gener. col. 7. in prin. Ant Sola. ad decret. Sabaud. tit. de censib. gloss. 1. part. 4. n. 2. Alb. conf. 182. apud quos omnes videre poteris, an & quando fructuum æstimatio crescat, & de eleganti distinctione præ ceteris videndus est omnino Marius Giurba *decis. 115. per tot.* ad quem te libenter remitto, quia tractat mirabiliter, & de præfata distinctione, clarè post alios DD. explicat Escobar *in trax. de ratiociniis. c. 17. a 7. usque ad 14.* ubi doctè quidem, quando crescat vel decreseat valor fructuum, vel quando æstimatio quanti plurimi sit in sententiæ executione faciendâ & quod tempus spec-*

140 andum sit, & attendendum. ut æstimatio quanti plurimi locum habeat, an consumptionis veræ, vel fictæ, an perceptionis, & de aliis infinitis difficultatibus, quæ incedere solent in executione rei judicatæ, ad liquidandos fructus, ad quem & ab ipso relativos te remitto, quia bene loquitur, & peritè Caval. *in tract. de tutore. a n. 235. cum seqq.* Petrus Surd. *decis. 81. tractat etiam nonnulla Rod. Xuar. in l. post rem in declaratio. l. Reg. ad fin. operis §. quaritur alterius quest. 8.* Pulchrè etiam & latissimè de hoc articulo post plurimos Giurba *dec. 115. per totam. Grat. discept. forens. c. 243. a n. 56. Moder. de process. executivis 1. part. c. 2. n. 103. Peregr. decis. 61. n. 4. Cavalcan. decis. 27. n. 6. part. 3. Menoch. de adipis. rem. 121. & conf. 111. n. 53. Fab. Ann. consil. n. 24. Lupus de usuris commen. 3. §. 6. n. 145. Tuscus littera F. concl. 492. a n. 5. cum seqq.*

141 Post consumptionem autem non crescit æstimatio, quia fructibus jam consumptis non dicitur debitor fructuum, sed æstimationis eorum, arg. text. in *l. 1. C. de distract. pignor.* ubi ideo consumpti fructus compensantur, & debitum extenuant, quia jam non censentur fructus, sed quantitas, ita docet B. in *l. cum qui ff. de his quibus ut indignis, idem Bart. in l. divorzio, §. ob donatio.*

in fin. ff. soluto matrim. Boeri. decis. 62. n. 2. Soc. conf. 82. n. 27. lib. 4. latè Cavalca. de tutore a n. 126. cum seqq. & Gaspar. Rodrig. *ubi supra n. 29. ad fin.* ubi animadvertendum hoc esse, asserit, maximè ab executoribus executorialium qui passim re hac decipi & errare solent, qui quidem Rodrig. *ibi num. 30.* cum Boerio *decis. 68. n. 5.* & nostrate Joan. Garc. *de expens. cap. 23. num. 47. vers. adverte tamen,* affirmat, quòd sicut justa causa litigandi excusat à condemnatione expensarum, *l. qui solidum §. etiam de leg. 2.* ita excusat à mora, & per consequens à solutione valoris & æstimationis quanti plurimi, quod est notabile, de quo vide Giurba *d. decis. 115. sub n. 2.* ubi alios citat ad hoc, quòd post consumptionem veram vel fictam eorum æstimatio quanti plurimi non crescat.

Illud autem insuper attende, quòd condemnatus ad restituendum certos modios tritici, non expressa ejus bonitate, victor, cui est faciendâ restitutio probare tenetur bonitatem tritici mutuati, vel consumpti, quo non probante, debitor sententiæ satisfecisse dicitur, si etiam vilissimum triticum tradiderit, ex elegantè text. in *l. si fidejussor ff. mandat. ibi,* quodlibet triticum dando, reum liberari posse existimo, licet aliud sit dicendum in legati solutione, optimè post Gregor. Lopez *in l. 23. tit. 9. verbo, semejantes.* Escobar. *de ratiociniis, d. cap. 97. n. 6.*

Si autem rei liquidandus sit valor, & æstimatio peritos, quæret executor expertos in arte ad minus duos, qui probè de ea re judicare possint, juxta auth. *de non alienand. aut permutand. §. quod autem, col. 2.* quicquid speculativè, minutatim secundum temporum distinctionem debent perferutari, juxta specialiter notata per Imol. & Alexand. in *l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. Ab. in cap. proposuisti, de probatio. & in c. fraternitatis, de frigidis & maleficiis.* Angel. in *l. cõparitionis, C. de fide instr. & in l. jure jur. vers. ult. quæro, C. de test. Bart. in proæmio digester. Bal. in l. hac edictali §. illud C. de secund. nuptiis, & in proæmio digester. vers. sed dubitet. Decius in cap. proposuisti n. 14. de probat. latissimè prosequitur nostras Joan. Garc. *de expens. & melior. cap. 29. & supra. vide Ant. Gomez tract. de contractib. cap. 20. n. 2.* & isti æstimatores nominati semel suscepto negotio compelli possunt per executorem, si reculent taxare, Bart. in *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præf. ubi, & in l. 1. §. 1. nauta, coupon. & l. 1. ff. furti adversus nautas.* Bal. Salicet. & Alexand. in *l. in vitus ff. de procurat.* Joan. Garcia *ubi proximè a n. 14.**

Ipsi tamen æstimatoribus inter se discordantibus, executor (cui à giudice intelligitur omne necessarium commissum) vel partes ad tertium eligendum, & in unum conveniendum compellit, vel ipse eligit, *l. item si unus, ff. de pactis,* & advertit Joan. Garcia *ubi supra n. 27.* & ipsi possunt, vel ratione imperitiæ, vel inimicitia, aut alia justa causa recusari, & debent executores partes de idoneis conveniendis, & concordandis compellere, secundum Joan. Garcia *eodem n. 27. vers. quinimo possunt,* ubi quòd non concordantibus, partibus iudex executor eligit (ut dictum est) & tenet B. in *l. creditores ad fin. C. de pignor. & idem Bart. in l. 2. C. de rescin. vendi. Pantal. de Crema in repet. ejusdem l. 2. C. de rescin. vend. & consentientibus tollitur omnis suspicio difficultatis l. si. C. de arbit. l. cum l. fin. eod. Baptista de S. Blasio *de arbit. q. 69.**

Et à declaratione, & æstimatione horum peritorum auctore giudice, & comprobante, non datur appellatio suspensiva, cum liquidatum in executione executioni mandatur, ac si in ipsa sententiâ sit expressum, quia pars est ipsius, juxta Doctorum catervam adductam per nos *a n. 7. cum seqq. & à prim. superius,* prout observatur, de qua praxi etiam tenetur cum Joan. Garc. *de expens. cap. fin. in noviori impressione.* Escobar *de ratio. cap. 33. n. 25. & latius 4. n. 20. Apta. de part. 1. part.*

1. part. cap. 4. num. fin. Parlador. lib. 2. rerum quot. cap. fin. 1. part. s. 12. n. 33. qui alios citant.

150 De natura æstimatorum, & peritorum [vulgò dicti *alarifes*] à populo, & civitate lectorum, & an recusari possint vel ab eorum judicio, & æstimatione appellari, vide post alios latè per nostratem Joan. Garc. *de expens. & meliora. cap. fin. a n. 22.*

151 Ex his, quæ superius dicta sunt, animadvertendum erit, quod si sententiâ rem aliquam adjudicet vincenti, intelligenda est etiam cum fructibus pendentibus, quamvis de fructibus in sententiâ nulla mentio facta fuerit, docet Bal. *in cap. 1. vers. qui ex parte, verb. succedere, de pace constantia, in usus feudorum,* Matth. de Afflic. *decis. 138. in princ.* Christophorus de Paz *in tract. de tenua, tom. 1. cap. 13. n. 46. & seqq. & 152* est optima doctrina Bertran. *conf. 8. ex n. 1. li. 1. asserentis,* quòd quando dominium fundi in alium transfertur ipso jure, accipi & intelligi cum fructibus pendentibus sunt enim pars inseparabilis ipsius rei, de quo videndus est Covarr. *lib. 1. variat. cap. 15. n. 1. Menoch. de recuperat. poss. rem. 6. a n. 45. & lib. 1. de arbit. cent. 3. 153* casu *258. a n. 5.* adeò ut executio sententiæ, quæ debet fieri in re, debeat etiam fieri in fructibus pendentibus; per quem ad consequentiam, cum inseparabiles sint ab ipsa re, & possessione, ut docent Matth. de Afflic. *decis. 9. n. 7. Menoch. de adipis. poss. rem. 4. n. 80. & recuper. rem. 6. n. 46. Cælar. Contar. in repet. l. unic. l. 1. n. 68. & 6.* Christophorus de Paz. *in tract. de tenua d. cap. 13. a n. 47.* & sic executor in his fructibus pendentibus non excedat, sententiâ super re principali tantum latam, exequendo.

CAPUT XI.

Ab executione excedente de tempore ad tempus, an, & quibus casibus [ubi singuli valde utiles annexuntur] appellationsi emissæ non deferens, vim faciat.

SUMMARIUM.

Ab executore excedente de tempore ad tempus, appellationsi interpositæ si non deferat, vim facit, n. 1.
 Executor exequendo ante tempus datum condemnato ad solvendum excedit, n. 2.
 Condemnatis decem dies dantur tam de consuetudine, quam jure regio ad solvendum, quos potest iudex excusa abbreviare aut ampliare suo arbitrio, n. 3.
 Excedit executor si dilacione aut conditione sententiæ pendente exequatur, n. 4.
 Plus petere dicitur qui ante tempus petit, n. 5.
 Executor datus cum termino limitato, eo transacto si exequatur amplius, excedit, n. 6.
 Executor cum termino limitato si aliquem intra illum excommunicet, eo transacto non absolvit, n. 7.
 Sententiâ qua quis condemnatur ad rei restitutionem à litis contestatione seu occupatione, an possit executor exequi in decursis post sententiâ usque ad actualem restitutionem, n. 8.
 Sententiâ est stricti juris, & ultra non exequitur quam in ea continetur, quia non expressum censetur omissum, num. 9.
 Iudex an possit condemnare reum ad usuras decurrendas post sententiâ ob moram debitoris, n. 10.
 Tractus futuri temporis ad iudicem non spectat, n. 11.
 Executoris potestas regulatur a potestate superioris mandantis, n. 12.
 Executor non excedit si condemnatum ad rei & speciei restitutionem cum fructibus, exequatur condemnatum in fructibus decursis usque ad sententiâ sed etiam in decursis postea usque ad actualem restitutionem, n. 13.
 Rote decisio mirabilis deferretur in proposito, ubi condemnatio Salgado de Protect. Reg.

natus ad beneficii restitutionem cum fructibus compellitur prestare fructus discursos post sententiâ usque ad actualem dimissionem, n. 14.

Exequendi potestate carens executor, excedit in liquidatione fructuum tam decursorum usque ad sententiâ, quam usque ad tempus taxationis, n. 15.

Executor excedens fines mandati nihil agit, n. 16.

Fructus in condemnatione necum veniunt usque ad sententiâ, sed usque ad partitionem sententiæ, n. 17.

Fructus post sententiâ in condemnatione veniunt, si fuerint à principio, fructus, aut interesse petita, n. 18. & 19.

Fructuum condemnatio etiam si facta non sit nisi usque ad sententiâ, potest executor decursos post eam a tempore mora exequi usque ad actualem restitutionem, n. 19.

Condemnatum ad interesse propter moram, an executor possit compellere, & taxare interesse postea causatum ob moram partitionis sententiæ, n. 20.

Interesse iudicis officio debitum crescit usque ad executionem sententiæ, n. 21.

Condemnatus ad interesse propter moram solvendi usque ad sententiâ, si post eam perseveret in mora, actione iudicati tenetur ad illud etiam post sententiâ, n. 22.

Condemnatum ad interesse debitum jure actionis, an possit compellere executor illud prestare de cursum etiam usque ad partitionem sententiæ, n. 23.

Ad fructus decursos usque ad sententiâ, & ad decurrendos usque ad ipsius partitionem potest iudex condemnare, n. 24.

Fructus futuri sunt accessio conjuncta, & non odiosa, n. 25.
 Pro fructibus tam naturalibus ex re, quam annuis censibus & redditibus futuris, potest agi & subsequi iudicis condemnatio, n. 26.

Iudex potest condemnare ad pecuniam debitam cum interesse lucri cessantis, puta hodie ad rationem vigesima pendenda, quandiu solutio satis differatur, n. 27.
 Interesse lucri cessantis debitum ex sententiâ, non est usura, sed assumit naturam sortis, n. 28.

Judicium fundatum in principali de presenti, potest extendi ad accessorium de futuro, prout in fructibus decurrendis, n. 29.

Debitore census convento pro uno anno decurso, si lite pendente maturaverit alius terminus, pro utroque potest sequi condemnatio, n. 30.

Executor tunc poterit taxare & solvere fructus & interesse decursos post sententiâ, & usque ad ejus partitionem, si appareant in iudicio fructus petiti, n. 31.

Fidejussor de iudicio solvendo an teneatur ad fructus decursos post rem iudicatam usque ad ejus partitionem, num. 32.

Condemnatum ad prestanda alimenta alicui usque ad pubertatem, an excedat executor, si illam compellat prestare femine ultra duodecim annos, & masculo ultra quatuordecim, n. 33.

Pubertas in alimentis intelligitur in puella usque ad 14. in puero usque ad 18. annum, n. 34.

Verba semper retinent suam propriam significationem secundum subjectam materiam, etiam quantumcumque materia sit stricta & odiosa, n. 35.

Redditi annuos an debeat condemnatus à tempore primæ sententiæ, qua ad illos condemnavit ex tunc, vel à tempore ultimo confirmantis, n. 36.

Confirmatio nihil novi dat, nec auget dispositionem; nec aliquod obstaculum tollit, n. 37.

Sententiâ referens se ad aliud, puta instrumentum aut sententiâ, plus non operatur quam quod in relato continetur, n. 38.

Actio non nascitur ex sententiâ confirmata, sed ex confirmante, n. 39.

Sententiâ confirmans retro non respicit, n. 40.

L. eos 2. C. de usuris rei jud. verba referuntur, n. 41. interpretantur, n. 45.